

Briefe Glareans an Aegidius Tschudi (1533-1561)

Autor(en): **Müller, Emil Franz Jos.**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse**

Band (Jahr): **28 (1934)**

PDF erstellt am: **23.09.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-124698>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

Briefe Glareans an Aegidius Tschudi.

(1533-1561)

Herausgegeben von Dr. EMIL FRANZ JOS. MÜLLER.

(Fortsetzung.)

Nr. 23.

1551. 13. Juni.

Glarean teilt eine verlangte Auskunft über eine Siegelpetschaft mit. Seine Ansicht über den Söldnerführer Fröhlich; es ist zu besorgen, daß durch dessen Umtriebe neue politische Unruhe entsteht. Der Student Jakob Heer ist vor Ostern unter Hinterlassung von Schulden aus Freiburg verschwunden. Heinrich Schuler soll über die Zinsen von Glareans väterlichem Gute berichten. — Er übersendet Tschudi die russische Geschichte Hebersteins. — Hinweis auf das geographische Werk des Schwedenbischofs Olaf. — Bericht von einem Kurpfuscher. — Augenschmerz hindert am Weiterschreiben.

D. Aegidio Tschudi Glareanus S. D. Quod me de sigillo exquirere voluisti suavissime D. Aegidi diligenter inquisivi ab aurifabro qui et si nullum autographum habeat, tamen memoria tenens quod fecerat mihi ad hunc modum finxit in tabulam, quemadmodum hic tibi in margine adpinxi, ut potui, non ut pictor sed quod intelligenti satis est. Privignus meus¹ vidit illud ac mihi narraverat sed quia puer est non admodum eum curabam. Sed nunc tamen video ejus fucum per te admonitus. Idem venit ad *Jacobum nepotem* meum² Neuenbürgi aggressurus cum ea qua me deceperat arte, sed antea illi nepoti meo scripseram, ut ab ejus technis sibi caveret. Restulit mihi *Jacobus* quod *Altmanum* saepe scribat *capitaneo Fröhlich*³ et vicissim Fröhlich illi, sed magnam suspicionem esse quaecumque *Fröhlich* scribat ad *Altmannum* ea propere volare ad Augustam ad ...⁴ caetera intelligis. Et ita illum seditionem seminare inter principes Christianitatis ut non

¹ Über Glareans Stiefkinder s. oben p. 121.

² Stadtschreiber Jakob Loriti oben p. 116.

³ Der berühmte Söldnerführer Wilhelm Fröhlich (1504-62). H. B. L. III, 346.

⁴ Lücke in allen Handschriften.

dicam aptam prodicionem alterius partis, ut captet sibi benevolentiam ab hac parte. Meo consilio admonendus est *Fröhlich*, ut ab eo caveat. Sed tu id melius providere poteris. Nam ejusmodi homines saepe magnorum motuum sunt causa. Cum causa Christianorum nunc debilis quotidie non indigeret seditionibus. *Jacobus Heerus*⁵ ante Pascha hic abiit in patriam, cui *D. Henricus* ut alteris litteris scribit copiosas ad me litteras dedit sed eas ab eo nondum accepi nec ipse uspiam apparet et debet hic, ut audio, viduae cuidam pecuniam. Miror plane ubi sit. Tu si quid de eo certi habes ad me scribito. Litteras a *D. Henrico* desidero nam ille de rebus meis nescio quid scripsit quod equidem scire vellem. Mitto ad te historiam Moscoviticam⁶ ut *D. Baumgartnerus*⁷ ad me misit ex Austria sive Pannonia receptam a *D. Sigismundo* ejus Topographiae authore; plurimum ea historia ac descriptione delectatus sum maxime propter flumen Boryochenem Tanaim Rhae et caeteros ejus regionis situs. Tabula belle picta est cum longitudine et latitudine ut mirum hominem exterum tantum potuisse in tam barbara et frigida regione. Habeo praeterea totius septentrionis Mappam a *D. Ambrosio a Gampenberg* mihi donatam. Regna insunt Norvegiae Sueciae Gothiae Finlandiae Islandiae Thulae et aliorum populorum ad Polum prope quae omnia collegit optimus ille vir *Olaus magnus* Gothorum episcopus upsaliensis sed extrusus a rege lutherano Sueciae. Nunc igitur Venetiis exul degit. In ea descriptione miranda vix credenda referuntur parvo ad eam edito libello. E Venetiis facile habere queas. *Frater Chaspar* abfuit itinere Coloniam Agrippinam facto cum quodam ...⁸ cui ego commendavi ut hanc Moscoviticam historiam ad me referat continuo hoc itinere nam tu facile eam perlegere poteris mea perforatum manu. Exspecto nempe nuntium a *D. Baumgartner* qui ea vult uti aliquot hebdomades a me perlecta. Quare omnino volo ut eam cum fratre remittas. Cum haec scriberem venit affinis meus a Basilea qui mihi rettulit nostrum *Altmannum* uno cum scorto suo sedere in vico prope Schliengam Ankomen nomine et esse medicinae professorem nec vulgatae sed inauditae. Leporam nempe se curare posse profitetur et invenit qui ei fidem habeant ut hospite frater et alius quidam ex Bruntrut si recte teneo nomen qui LXX aureos ei promisit. Dii boni quales nunc sint homines! Dolor dextri oculi non

⁵ S. oben Nr. 19, A. 2.

⁶ S. oben Nr. 16, A. 3.

⁷ Ebda. A. 2.

⁸ Lücke in allen Handschriften.

patitur me tibi plura scribere. Salutabis nomine meo universam patriam consules *D. Henricum Magistrum Valentinum* praetores et totam tuam familiam. Datum Friburgi ad Idus Junias MDLI.

Nr. 24.

1553. 6. Februar.

Die Meinung Tschudis über die Lage des Kaisers ist durch die Ereignisse bestätigt worden. Die religiös-sittliche Lage Deutschlands ist hoffnungslos. — Jodocus v. Meggen hat seinen Besuch angekündigt; Glarean wird ihm die Anmerkungen zu Valerius Maximus dedizieren. Gegenwärtig hält er Vorlesung über Curtius. Es gibt doch keine würdigere Beschäftigung, als die alten Autoren zu verbessern und herauszugeben! Von der Beschreibung der Schweiz wurde jüngst zu Basel eine dem Dichter nicht zusagende Ausgabe veranstaltet; Glarean bereitete einen Neudruck vor und überarbeitet dazu den Kommentar des Myconius, wobei Tschudis Rhaetia oft und mit Ehren zitiert werden wird. Grüße. Der Neffe Ludwig Tschudi macht gute Fortschritte.

Clarissimo viro Aegidio Tschudi Glareanus S. D. plurimam. Dii boni quoties mecum cogito quae tu per longam epistolam ante annum ad me copiose nec minus ornate de *Carolo nostro imperatore* scripsisti quam verus vates fuisti. Metarum obsidio adhuc durat sed signis admodum. Utinamque Deus det ambobus principibus mentem concordiae ut illi ingentes sumptus aliquando fiant in hostes crucis Christi. Quam vereor tumultuosum hunc annum fore et malum et ingentem sed ita merentur peccata nostra. Tantus ubique in his regionibus est luxus, tam nullus per totam Germaniam Dei timor, verbum Dei in ore diabolus in pectore. Sed querelarum nunc satis est. *D. Jodocus a Meggen*¹ hisce diebus ad me scripsit e Luceria et brevi se hic futurum profitetur in litteris. Annotationes meas in Valerium Maximum ei dedicavi. Lego in Curtium publice suavissimum quidem authorem sed mutilum et aliquot locis corruptum in quem etiam annotationes scribo.² Nihil nempe utilius quis facere poterit quam authores veteres

¹ S. oben Nr. 15, A. 2. — Glarean antwortete Meggen sofort, wie aus einem v. 16. Febr. 1553 datierten, aus Luzern an Tschudi gerichteten Schreiben Meggens hervorgeht: ... idem tabellarius attulit mihi litteras a commune amico Hen. Glareano quibus desiderat me urbe relicta in patriam reducem fieri quo vicinius commodiusque ad invicem scriberemus uti inter nos duo itentidem sit. (Original Staatsarchiv Zürich, Tschudi, Dokumentensammlung, vol. II). — Die Meggen dedizierten Annotationes in Valerius Maximus erschienen im August 1553 (*Fritzsche*, 121).

² Das Datum des I. Druckes ist nicht bekannt. s. *Fritzsche*, 124.

juvare et a mendis vindicare quod nunc in XI authores feci et porro facere institui donec vivam. Carmen meum de Helvetiae descriptione iniussu meo Basileae *Jacobus Parcus* excudit³ de quo male habeo. Sed mittam illud emendandum ut denuo excudatur. Porro *Oswaldi Molitoris* Lucerini commentarium hisce diebus revisi et relegi; multa in eo mihi emendata sunt ex eruditissima Rhetiae tua descriptione in quo multa erit tui honorifica mentio ut meritis es.⁴ Reliqua ex *fratre Caspare* intelliges ne cogar tibi longius molestus esse. Salutabis nomine nostro consules praetores senatores populumque Glaronensem, *Magistrum Valentinum*, uxorem tuam ac universam familiam tuam *Melchiorem et Balthasarum fratres*. *Ludovicus* fratris tui filius⁵ egregius juvenis egregie proficit. Hoc te scire volo. Scio enim te gaudere morum fortuna et ipsi parenti dicas hoc me scripsisse est; enim juvenis mihi oppido charus. Datum Friburgi postridie nonas febr. MDLIII.

³ Der Druck erschien 1553. Bibliograph. Beschreibung bei *Bernoulli*, Denkschrift, p. 26; *Fritzsche*, p. 87.

⁴ Nachweise s. oben p. 130. — Neben den sachlichen Verbesserungen auf Grund von Tschudis *Rhaetia* wurde in der Ausgabe von 1554 der Kommentar vor allem in dieser Beziehung geändert, daß jede lobende Erwähnung von Personen, die in der Reformationsbewegung eine Rolle gespielt hatten, gestrichen wurde (*Bernoulli*, p. 12 ff.). — Glarean beurteilt den Einfluß der Reformation auf den Glarner Humanismus selbst so, wie dies oben (p. 107) dargelegt ist, was aus der folgenden bemerkenswerten Änderung des Kommentars zum *Panegyricon* hervorgeht: Mykonius hatte bei der Schilderung von Glarus auf die großen Hoffnungen verwiesen, welche die Jugend des Tales wecke: *Ingenia felicissima profert. ... Adulescentes autem quamplurimi, quos nihil ambigo si pergant, uti coeperunt, non parum suae patriae ornamenti allaturos esse*. Glarean strich die Stelle, eine Änderung, welche die ganze Tragik dieser Zeit und ihrer Jugend ausdrückt. — Der Mykonius-Kommentar von 1514 und der Glarean-Kommentar von 1554 lassen sich am besten in der Ausgabe der *Descriptio* im *Thesaurus Historiae Helveticae* vergleichen, wo die *Accessiones* Glareani dem Kommentar des Mykonius übersichtlich angefügt sind.

⁵ Ludwig Tschudi, † 23. Sept. 1601. Er war der Sohn von Gilgs Bruder Hauptmann Jost Tschudi (1511–66. *H. B. L.* VII, p. 80, Nr. 8), der lange Söldnerführer in französischen Diensten und — weit mehr als Aegidius — der eigentliche Hetzer im Tschudi-Krieg war. Sein hier erwähnter Sohn Ludwig Tschudi findet sich nicht in der Freiburger Matrikel; offenbar studierte er nur privatim in Glareans Pensionat (Nr. 25 u. 26), u. seit 1553 in Paris (Nr. 26 u. 29). Er erwarb 1589 Schloß und Herrschaft Wasserstelz im Aargau und begründete die Linie der Tschudi von Wasserstelz (vgl. *W. Merz*, *Die mittelalterlichen Burgen und Wehrbauten des Kantons Aargau*, II, p. 554, u. III, p. 129, wo sich ein ausführlicher von *J. Kubli-Müller* bearbeiteter Stammbaum des Geschlechtes findet; dazu *Hist. Jahrb. Glarus*, XLII, 1920, p. 53).

Nr. 25.

1553. 5. April.

Glarean schüttet dem Freund sein Herz aus über den irren Lauf der Welt. Gottvertrauen bleibt die letzte Zuflucht des stillen Betrachters, der sich in seine Häuslichkeit zurückzieht und dort den Ruf des Herrn erwartet. Zwar ist sein Gesundheitszustand noch gut, nur reisen kann er nicht mehr. So läuft sein Leben nun in die übliche Mittelmäßigkeit aus! Eine Zusammenkunft der Freunde ist nicht mehr zu erhoffen; sie werden sich in der Ewigkeit wiedersehen. Der Glaube an das ewige Leben ist die Stütze von Glareans Greisenalter und sein größter Trost bleibt es, daß auch der geliebte Freund mit gleichem Sinne über die irdischen Nichtigkeiten hinaus zu Christus emporstrebt. — Guter Bericht vom Neffen Ludwig, der mit Hieronymus v. Roll befreundet ist. — Nun noch eine delikate Sache: Glarean sandte sein Musikbuch den Äbten in der Schweiz und im Schwabenland. Alle zeigten sich durch Geschenke erkenntlich, nur der Rheinauer schickte niemals etwas, obschon er dies brieflich versprach. Tschudi soll sich vorsichtig nach der Sache erkundigen; vielleicht ist das Geschenk verloren gegangen und der Abt könnte dann über das Ausbleiben des Dankbriefes ungehalten werden. — Nächstens wird ein Großneffe Glareans nach Glarus kommen, um die alte Heimat kennen zu lernen.

Nobilissimo viro D. Aegidio Tschudi praetori Glareanus S. D. Oppido libenter legi litteras tuas suavissime D. Aegidi et eas amicis aliquot ostendi nam pluribus non est satis tutum: causam intelligis. Asperiores sunt animi in rebus adversis quam prosperis irritabiles duces militum ipsi milites magis maximeque nihilo ditiores redierunt quam abierunt quorum magnus est numerus ut nihil dicam de iis qui manserunt ac nunc feliciter requiescunt. Quam stultus mundus quam stulta negotia mundi. Olim canebam nunc licet exclamare: o scelera o impietas o execrabile saeculum! Sed querelarum nunc satis est, fiat voluntas Domini. Ego nunc propemodum perdolui; video enim nihil prodesse quidquid angor quidquid queror. Satius est cum Democrito ridere stulta hominum vota et agere huius tragoediae tacitum spectatorem. Solus Deus his mederi potest praeter eum me hercule nemo. Quare omnibus jam valedixi et in cubiculo quantum licet aliquot horis colloquor. Reliquum temporis docendo consumo. Hortulum parvum emi ubi uxor deliciatur.¹ Sic in animo habeo expectare Deum meum redemptorem ac Dominum donec me vocet ex his vitae lachrimis et aerumnis. Valeo satis bene pro hac aetate, comedo bene, dormio bene, Deo sit gratia nihil de senectute mea conqueri possum nisi quod peregre proficisci incommode possum.² Alioquin

¹ Über Glareans Freiburger Heimwesen s. oben p. 114.

² S. oben Nr. 18, A. 2.

nihil omnino deest mihi. Omnia mediocria mecum nihil summum nihil infimum. Medioxami dii sunt mihi propicii et certe nulla re magis delector quam mediocritate. Vellem quidem tecum esse imprimis sed necessitates trahunt volucres in suum quemque nidum. Post hanc vitam erit nobis Deo dante liberior cohabitandi et commentandi locus. Nam quantum est, quod hic superest nobis praeter spem vanam rerum magis prosperarum cum fere peiores sequantur. Omnino homini vere christiano nihil hic dulce videri potest praeter futurae felicitatis speratam sortem et ipsum Christum in patris gloria sedentem. Haec fortassis ad te nimis loquaciter sed sunt senes ut ait Cato apud Ciceronem natura loquaces. Tu ignosce mihi nam libenter tecum loquor cumque praesenti id non liceat saltem litteris fiat. Gaudeo autem tibi eam esse mentem quae et ipsa diligenter ad Christum respicit et quae nunc plane videat quam vanae sint res humanae si prorsus animum intendere velimus. Vere enim dictum vivere in humanis mors est si sidera spectes. *Ludovicus* ex fratre tuo nepos ³ optimus juvenis bene hic se gessit et mihi ex animo charus quanquam nunquam id ei extra ostendi ut maneret in subjectione. Scripsi pro eo *Lutetiam* cuidam Solodorensi ut eum adjuvaret quacumque re queat quod equidem illum facturum puto. Est enim apud eum *Hieronymus de Roll* nobilis juvenis qui biennio hic mecum fuit. ⁴ Unum saepe ad te scribere volui sed pudor quidam me continuit. Verum suspecta mihi fraus pudorem solvit ut omnino ausim. Musices meae opus aliquot abbatibus in Helvetiis et Suevis misi ut *D. Georgio in Kreuzlingen* cognato vestro ⁵, D. abbati Sti Galli, Muri, et Urbani et quibusdam aliis, et omnes mihi gratias egerunt, donis etiam ad hoc missis ut *D. Georgius* elegantem anulum, D. Sti Galli poculum argenteum. Solus abbas in Rinow ⁶ cum promiserit in litteris se missurum aliquid . . . scire non possum

³ S. oben Nr. 24, A. 5.

⁴ Über Hieronymus v. Roll s. *L. R. Schmidlin*, Genealogie der Freiherrn v. Roll, p. 61 ff. — Hieronymus unterhandelte schon anfangs 1547 über die Aufnahme in Glareans Pensionat (*Tatarinoff*, p. 45); die Immatrikulation in Freiburg fand jedoch erst am 30. Okt. 1549 statt (Mayer, Matrikel, p. 379, Nr. 92); die Dauer des Studienaufenthaltes ergibt sich aus obiger Stelle.

⁵ Georg Tschudi (1502–1566), Geschwisterkind zu Gilg und Bruder des Chronisten Valentin Tschudi (vgl. den Stammbaum von *J. Kubli-Müller*, bei *W. Merz*, Die m. a. Burgen und Wehranlagen des Aargau, III, p. 128). Über seine vorzügliche Regierungszeit, durch welche das Kloster zu einem Bollwerk des alten Glaubens wurde, vgl. *K. Kuhn*, Thurgovia Sacra, II, p. 290 ff.

⁶ Bonaventura v. Wellenberg, 1529–55 Abt (*R. Henggeler*, Monasticon-Benedictinum Helv. II, p. 216). Er ist 1494 geboren.

mutaverit ne sententiam an fortassis missum donum interceptum sit ut mihi antea etiam factum est cum alio quodam honesto viro. De nullo etiam abbate melius sum meritis. Habuit enim duos mecum juvenes per biennium quibuscum magnos labores habui, erant enim pervivaces et pugnaces nimis ut plane putem, illum aliquid misisse sed interceptum. Tu qui es intimus ei a consiliis digneris ei aliquid per occasionem innuere si casu ad eum veneris. Sed civiliter ut nosti non tam ob doni cupiditatem quam ne ei fucus videatur factus. Quamquam quod alii Abbates de quibus nihil merui officium in me ac benignitatem ample ostenderunt illud imprimis eum decebat maxime quod minor natus. Juvenis per famulum in alio negotio huc missum mihi dixit ut non esset molestum exspectare mihi; propediem enim me missurum munus magnificentum. Ea verba faciunt mihi rem suspectam. Si nempe ille aliquid misisset et me recepisse putaret nec gratias agerem rusticitatis et ingratitude innocentem me accusaret. Tu pro tua dexteritate haec omnia expiscaberis in gratiam meam ut tamen eum non offendas. De dono sive mittat sive non mittat non est cura. Hoc autem mihi curae quod nolim ingratus videri ac eum per malos homines decipi. *Frater Caspar*⁷ multo mihi praedicat de tua in eum liberalitate; quod ad hospitium ac cibum attinet nihil prohibeo sed pecuniam dare non est opus. Ego illi solvo quod debeo; non est opus ut vos amicos meos premat. Pronepos meus⁸ istuc venit de quo nescio quid augurari debeam; ingenium placet sed adeo deses est ut aliquando de eo desperem. Volui ut videret antiquam patriam. Bene vale ac nos ama. Datum Friburgi Nonis Aprilibus 1553.

Nr. 26.

1553. 26. Mai.

Glarean sandte an Gilgs Bruder Jodocus die Empfangsbestätigung für das Pensionsgeld des Studenten Ludwig Tschudi. — Bericht über den Besuch der Frau v. Luternau in Freiburg und über das Aufsehen, das diese Heilkünstlerin und weise Frau in der ganzen Stadt erregte. — Der Kaiser erließ ein Reislaufverbot. Der Kurfürst v. Brandenburg führt Krieg gegen Nürnberg.

D. Aegidio Tschudi praetori Glareanus S. D. Cum proximis his diebus frater *Caspar* Eremum inviserat cuiusdam doctoris hic aegroti vota solvens, suavissime D. Aegidi, dedi ei litteras ad *D. Jodocum*

⁷ Der schon oft genannte Bote.

⁸ Wohl Jost Loriti (p. 117).

fratrem tuum¹ testimonium daturus fratri *Casparo* quod juste recte et ut decuit ad me detulerit pecuniam mihi adhuc debitam de *Ludovico* filio ac per eum missam. In his litteris commiseram fratri tuo ut te diligenter nomine nostro salutaret. Verum casus longe aliter sese gessit. Frater enim *Chaspar* fratrum tuum *Jodocum* Tiguri invenit, ubi et ei litteras nostras obtulit, ita ut ille tibi salutem ex nobis denuntiare non potuerit quippe mox abiturus in Franciam. Te postea Tugii invenisse dixit una cum *Ludovico* nepote tuo. Dolet mihi multum non te Solodurum cum *Ludovico* concessisse ut cum *D. Joh. Rodolpho a Roll Dominae a Luternau* nepote in Franciam venisset.² Fuit his diebus ea heroina³ hic nobiscum Friburgi ut Deo et divae Clarae offerret neptem⁴ cui consecrationi ego adfui ac per quadriduum frequens cum ea. Sed ea tamen frui nec ego nec uxor mea ut volebamus potuimus. Tanta turba infirmorum accurrit ut quod mihi cum ea colloquendum id prae hominum multitudine non potuerim. Sed ne in meam quidem domum suscepta nobiscum colloqui potuit adeo homines inopportuni obstrepuere quasi aliquis Hippocrates aut Dei apostolus obambulet. Mane ut primum illuxit aderant homines consulturi de morbis. Ea res durabat ad prandium usque. Nullus medicus tam prompte nullus tam expedite ac etiam docte responsa dedisset ut ego attonitus vehementer admirarer ingenii felicitatem tam facilem discursum in omnes perplexas questiones de tam vario morborum genere. Adjungam etiam jocosam rem quam egit cum ego illam ad Franciscanas ducerem. Ibi nempe monialis quaedam octoginta annos habens tremula caeca ac bacillo incedens obviam oblata ac suppliciter rogans consuleret ei ut visum recipiat. Nam caticulae quaedam circumdederant oculos eius.

¹ S. oben Nr. 24, A. 5. — Sein Sohn Ludwig Tschudi kann also nur kurze Zeit bei Glarean studiert haben.

² Joh. Rudolf v. Roll war wie sein Bruder Hieronymus (Nr. 25, A. 4) Schüler Glareans (*Schmidlin*, Genealogie der Freiherrn v. Roll, p. 60). Er bezog somit 1553 die Universität Paris.

³ Barbara v. Roll, die Gemahlin des Hieronymus v. Luternau (1502–1571). Über diese « anmutige Frauengestalt », die ihren Witwenstand so verlebte, daß sie « rettender Engel der leidenden Menschheit » wurde, s. *Schmidlin*, l. c. p. 48 ff. — Glarean, der im Sommer 1538 seine erste Frau zu ihr in Behandlung geschickt hatte (oben Nr. 10, A. 1), preist sie in der Dedikationsepistel an Hieronymus Roll zur *Helvetiae descriptio* v. 1554 als helvetische Judith, Susanne unter den schweizerischen Frauen, als Aesculap und delphisches Orakel. In diesem überaus warmen Lobe klingt offensichtlich die Erinnerung an den Besuch nach, den er im vorliegenden Briefe erwähnt.

⁴ Die Ehe der Barbara v. Roll blieb kinderlos. Um wen es sich hier handelt, konnte nicht bestimmt werden.

Ibi heroina nostra : amabo mea tu cur poscis videre ? Ut neas aut texas ac victum tibi quaeras ? Non respondit caeca, nam est mihi victus apud meas hic sorores. Ergo inquit heroina ut videas scelerati huius mundi turpitudes ac scelera atque nescis Deum tibi ad delenda tua peccata pro munere misisse id incommodi ? Nescis id psalmographi : Dominus illuminatio mea et salus mea quem timebo ? Denique sit chirurgus felix qui caticulas illas feliciter resecet. Visne surripere illum dolorem potius quam a Deo irrogatam passionem pro tantulo quo adhuc victura es tempore pati ? Hic caeca illa optima matrona : o salubre tuum consilium non amplius ero de visu recuperando sollicita ac Deo conditori meo totam me subiciam ac commendabo. Id facito inquit nostra heroina et vives. Mecor sane nunc tibi cum ea viragine nulla notitia sit qui toties Solodurum ire soles. Vix alius in vita mea homo jucundior in sermone de Deo et de religione christiana jucundior inquam et gratior accidit quam in animo habeo aequae atque te ubique in scriptis meis celebrare digna est ut talis animus digno praeconio celebretur atque utinam mihi esset tanta facultas quam est animi promptitudo et grata voluntas. Nihil rerum novarum est hic quam Caesarem mandatum edixisse ne quisquam ad aliquem principem militatum eat quam ad se et fratrem D. Fernandum. Est etiam ut ajunt bellum Marchioni Brandenburgensi cum urbe Norica⁵ in Saxonia dux Henricus nescio quid cum aliis regalis contendit. Ego sane laetor mihi non longum vitae tempus superesse ut taedium harum miseriarum tandem effugiam ad conditorem meum iturus misericordem ac propitium. Nil enim omnino est in hoc mundo cujus gratia homo nempe debeat vivere. Bene vale. Datum Friburgi VII calend. Junias 1553.

Nr. 27.

1555. 19. April.

Versicherung echter Freundschaft im Geiste des Christentums. Tschudi soll in seinem politischen Wirken bleiben, was er ist : Zierde und Säule des Vaterlandes. Eine königliche Jungfrau hat England zur Kirche zurückgeführt : zwei oder drei Tschudi könnten auch das heimatliche Krebsgeschwür ausbrennen. — Glarean schreibt in glücklicher Häuslichkeit an einem Kommentar zu Sueton ; eine schwierige Sache, an der sich schon viele Gelehrte versucht haben. — Grüße. Augenschmerz hindert am Schreiben.

D. Aegidio Tschudi viro praetori et consulari Glareanus S. D.
Merito te amo ac suspicio suavissime D. Aegidi quia tu et me amas

⁵ Über die Mordbrennereien Albrechts v. Brandenburg-Culmbach vgl. *Janssen*, III, p. 763.

et suspicis non quidem secundum proverbium mutuum muti sed secundum Christum et sacrum ejus evangelium quo jubemur invicem diligere et amore persequi. Bis aut ter nunc mihi scripsisti res quas oppido libenter audivi in quibus quidem per Dei auxilium in magnum momentum fuisse videris.¹ Macte virtute quod non desinis esse quod es: hoc est honestum et patriae ingens decus ac columnen. Sic itur in astra Deus tua merces erit in coelesti suo regno ne dubita. Audisti forsitan miraculosam actionem quod per virginem² Angliae regnum ad ecclesiae oboedientiam recurrerit. Sic spero aliquando fore ut nostra Carcinomata redeant ad sanitatem si duos aut tres praeterea Tschudi haberemus. Sed dabit Deus suam cum tempore gratiam. Nihil habeo novi quod scribam. Ipse ago ut senes possunt utcumque valeo familiam ut semper foveo. Quaternis horis praelego et nunc annotationes in Suetonium³ adorno breves illas quidem quia multi et pereximii ante nos viri in eam vel praefati sunt vel commentationes annotationesve scripserunt. *Bernaldus Aug. Pollitianus, Anton Sabellius, Bapt. Egnatius* et postremo *D. Erasmus* ut singularis impudentia videri queat plura in hunc quemquam scribere velle. Sed certe sunt adhuc loci non satis feliciter eruti in quibus etiam eruditissimus vir *Wilhelmus Budeaeus* haesit nec explicuit quosdam et *Egnatius* tentavit verius quam absolvit. *D. Henricum* dilectissimum mihi nepotem plurimum salutabis. Dominos consules et praetores universum senatum per occasionem uxorem tuam quamquam mihi nunquam visam⁴, magistrum *Valentinum*, sororem meam⁵ ac ejus filium *Johannem*⁶ immo omnes fautores nostros. Scripsissem *D. Henrico* sed ex oculo adhuc dolebam ut vix haec tibi. Spero autem mox me denuo scripturum. Bene vale. Datum XIII. Calendas Majas 1555.

(Fortsetzung folgt.)

¹ Anspielung auf Tschudis Einfluß im Locarner Handel. In der bisher einzigen Darstellung dieser Vorgänge (*F. Meyer*, Die evangelische Gemeinde in Locarno, ihre Auswanderung nach Zürich und ihre weiteren Schicksale, 1836) tritt derselbe freilich nur ungenügend hervor.

² Königin Maria die Katholische.

³ Sie erschienen gedruckt 1560 (*Fritzsche*, p. 126). — Zu der hier erwähnten Polemik Glareans gegen die früheren Kommentatoren Suetons vgl. den Aufsatz v. *C. Mengis*, Glareans Handexemplar von Suetons Caesares (*Zeitschrift f. G. d. Oberrheins* 1928, p. 431 ff.), wo die kräftigen Sprüche des streitbaren Gelehrten gegen die in diesem Briefe an Tschudi genannten Autoren wiedergegeben sind.

⁴ Anna Barbara Schorno, vgl. oben Nr. 21, A. 1.

⁵ Anna Stucki, oben p. 117 und Nr. 12, A. 7.

⁶ Johannes Stucki, oben p. 117.

